

In diem faustum natalem
generosi & nobilissimi
domini d:ni Claudii
Jägersch...

Flachsenius, Johannes Petrus Johannis,

*1700-1829 81 Cbza 1730 Jägerschiöld,
Claes*



National Library
of Sweden

IN
 Diem faustum & Natalem

Generosi & Nobilissimi Domini

D:NI CLAUDII

JÄGERSCHIÖLD,

Regii Dicafterii Aboensis Consilarii
 æquisissimi,

Celebratum Anno

M. DCC. XXX.

Sequens Epos reliquit,



D. N. CLAUDII

JÄGERSCHÖLD

Regii Dicastri Abocis Consilarii
sequissim.

Anno

Celebratum
M. DCC. XXX.
Secuens Epos reliquit.



Constantes animos, felici sedere nato,
Carminē Maonio fas est decorare, virorum
Nomina digna cedro; quos Masculus indolis ardor,
Seu quos grandiloque commendat gratia lingua,
Impiger atque labor, niveis sollertia pennis
Extollit, nec non pietas gratisima Cœlis
Evehit. Hiscē perenne decus! sic debita Nymphis
Gloria Pimplais cedit. Parnassia Virgo
Nullos delusit, cæcas quibus artis abyssos
Pandere Palladia, chartis pallefcere doctis,
Solvere seu dextrè sinuosa sophismata, cura est.
Te Generose reor prælustri stemmate CLAUDI,
JÄGERSCHIÖLDIADUM splendor, Themidosque senator.
Non leve pondus enim patriæ addis, conscie recti,
Inchyte Vir, laxas boreæ memorate per Oras.
Ecce dies præstò natalis candidus ortu,
Quo tibi concessum seriem traducere vite,
Latitiaque debinc perfundere pectus amœnum.

Splen-

C
Splendescas virtute tuâ, per secula vivens,
Lucis & incolumis peragas solennia fausta,
Conjuge cum dulci, generosa stirpis alumna,
Fignoribusque thori, senti solamine vestri.
Fervida conciso mea carmine vota coarcto:
Tota Domus vernet, cuius sis firma columna.

Joh. Pet. Flachseen,
Quaestor Reg. Acad. Aboensis.

